





PROGRAMMA 1784,6 18  
DE

RITIBVS IVDICIORVM  
CRIMINALIVM

IN CONST. CAROLINA ART. C. ABROGATIS

---

QVO

PRAENOBILISSIMI AC DOCTISSIMI

CANDIDATI

CAR. FRID. ADOLPH. WEBERI

VINARIENSIS

DISPVATIONEM INAUGVRALEM

DE

PRAEROGATIVA MINORVM QVOAD VSVRAS EX  
MORA ILLIS PRAESTANDAS COMPETENTE

D. XXV. SEPT. MDCCCLXXXIII

INSTITVENDAM

INDICIT

CAROLVS FRID. WALCHIVS, D.

ORD. IVRISCONSVLT. SENIOR ET H. T. PRODECANVS.

---

JENAE

LITTERIS MAVKIANIS.

PROGRAMMA  
DE  
RITIBVS IVDICIORVM  
CRIMINALIVM

IN CONST. CAROLINA ART. C. ARROGATIS

PRÆNOBILISSIMO DOCTISSIMO

CANDIDATO  
CAR. FRID. ADOLPH. WEBBERI

DISPUTATIONEM IN AURIS

DE  
PRÆROGATIVA MINORVM QVOD VSVRAS EX  
MORA ILLIS PRÆSTANDAS COMPETENTE

DR. THEOL. CAR. FRID. ADOLPH. WEBBERI

INSTITVENDAM

INDICIT


CAROLVS FRID. WALCHIVS, D.

ORD. IVRISCONSVLTI SENIOR ET R. T. PEDIAGIVS

LEIPZIG

LEIPZIGIENSIS





**S**CITE atque eleganter cum aliis animaduerterunt litteratissimi viri, Io. GOTTLIEB GONNE *a*) ac Io. HORIX, *b*) eo potissimum consilio legem de criminibus sub auspiciis Caroli quinti esse latam, ut modus in ea inquirendi emendaretur hocque nomine magis illius; quam ipsarum poenarum rationem esse habitam, quae flagitiis deberentur. Qui modo illam percurrit atque perpendit, eius auctores, quod Romanis de iis placuit, omni fere defectu ac discrimine remoto retinuisse horumque ad iura iudices saepius ablegasse, ubi ipsis sermo est de supplicio.

*a*) in der Abhandlung von dem Unterschied der Kayserlichen Carolinischen und Hochfürstl. Brandenburgischen auch Bambergischen peinlichen Halsgerichtsordnung in Bestrafung der zweifachen Ehe, quae primum adparuit in den Erlangischen gelehrten Anzeigen de ann. MDCCCXXXVIII. num. XXIII. p. 177. ac denuo in V. C. AVG. FRID.

SCHOTTI iuristischen Wochenblatt, erstem Jahrgang, p. 513. lucem adspexit.

*b*) progr. von der wahren Veranlassung der peinlichen Halsgerichtsordnung Kayser Carls V. Moguntiae MDCCCLVII. Praemisit illud perill. Io. CHRIST. KOCHIVS editioni constitutionis criminalis, Giessae, MDCCCLXIX.

plicio, quo fontes sunt adficiendi; tanto tamen maiore cura praefripisse, qua ratione veritas delicti sit exploranda: quo modo corpus eius sit eruendum; neque minus indicia ponderanda e): haud dubitabit, discedere in sententiam horum iurisperitorum. Neque vero aliud intendit Io. L. B. DE SCHWARZENBERG, vbi terris Bambergensibus aequae ac Brandenburgicis iura daret criminalia, ex quibus descendisse constat CAROLINAM ordinationem d) eandemque ob causam sequentem ibi deprehendimus sanctionem e): *Item nach dem auch an uns gelangt ist, das bisher an etlichen peinlichen gericht, viel überflüssiger frag und andingung gebraucht, die zu keyner erfahrung der Wahrheyt oder gerechtigkeit not sein sonder alleyn das recht verlengern vnd verhindernen, solche vnd andere vnzimliche mißbreuch, so das recht on not verziehen oder verhindernen oder die leut gefern, wollen wir auch hiemit auffgehoben vnd abgethan haben, Vnd wo an die oberkeyt gelangt, das darwider gehandelt wirt, soll sie das ernstlich abschaffen vnd straffen, so offt das zu schulden kompt.*

QVAE hoc loco cauit imperator, iisdem fere verbis tradidit SCHWARZENBERGIVS in ordinatione BAMBERGENSI, quae, vti cuilibet est notum, anno seculi quinti et decimi octavo longè ante; quam CAROLINA compareret, est promulgata. *Item, inquit f) nachdem auch an uns gelangt ist, das bisher an etlichen vnsern Halsgerichten vil überflüssiger frage gebraucht seint, die zu keiner erfahrung der wahrheyt oder gerechtigkeit not sein, sonder allein das Recht verlengern vnd verhindern.*

e) CHR. FRID. GEORG. MEISTER  
diss. de iuris Romani criminalis in Ger-  
maniae foris maxime hodiernis auctori-  
tate, Goettingae, MDCCCLV.

Geschichte der peinlichen Gerichtsord-  
nung Kaiser Karls V. cap. V. §. 30.  
p. 137.

e) art. 100.

d) IVL. FRID. MALBLANCK in der

f) art. 121.

hindern; Solche und andere unzimliche mißbreuch, so das Recht on not  
vertzeien, oder verhindern, oder die leut geuerden, wollen wir auch hiemit  
auffgehoben und abgetan haben, und wo an vnser Rete gelangt, das dawider  
gehandelt würde, sollen sie das ernstlich abschaffen und straffen, so oft das  
zu schulden kumpt. Haud multo post in publicum prodit VLIC.  
TENGLERI libellus, nomine *speculi laicorum* designatus g). Pluribus in  
capicibus ita cum modo memorata ordinatione conspirat, vt quidam  
iuriconsulti cum inter fontes referre haud dubitauerint, ex quibus  
haurirent, qui CAROLINAM compilarent, vna cum CHRISTIANO  
GOTTFR. HOFMANNO h) aequae ac HENR. CHRIST. L. B. DE SENC-  
KENBERG i). Nuperime coniecturam hanc impugnavit V. C. IUL.  
FRID. MAIBLANKIVS k) argumentis, quibus multum inest roboris.  
Eius in sententiam discedo, quum omnia ea praeepta, in quibus  
TENGLERI libellus conuenit cum criminali ordinatione, in BAMBER-  
GENSI reperiuntur; haec autem prius lucem adspexit; quam libellus  
TENGLERI ideoque omnino probabile est, TENGLERVM potius con-  
stitutionem Bambergensem consuluisse et quae in illa ipsi placerent, in  
librum suum transtulisse. Contigit quoque supra recitato effato.  
Quum pluribus formam iudicii criminalis describit, rituum quoque  
meminit, qui eius ex sententia reprehendendi k): *wiewohl auch man-  
gerley gepreuch und beyurtailn an etlichen enden zugeführt werden, so mü-  
gen*

A 3

g) in dem Layen Spiegel von recht-  
massigen ordnungen in Burgerlichen  
und peinlichen regimenten, Augustae  
Vindelicorum, CIOIOVIII. Eius  
editiones recensuerunt HENR.  
CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG,  
i) loc. laud.  
k) libr. III. art. von bestzen und beleu-  
gen peinlichen Gerichts.

PAVL. DAN. LONGOLIVS in  
dem Vorrath allerley brauchbarer  
Nachrichten, Fach. II. p. 97.

b) de insignior. defect. iurisprud. crimi-  
nal. Germanicae, cap. I. §. 18. p. 36.

i) loc. laud.

k) libr. III. art. von bestzen und beleu-  
gen peinlichen Gerichts.

gen doch sollt überflüss vil ee irrung weder nutz bringen vnd darum wol zu vermeiden; vbi autem ordinatio criminalis ab imperii ordinibus conderetur, retinuerunt fere integra SCHWARZENBERGII verba ac solum verbis: *viel oberflüssiger frag*, vocalam omni attentione dignam adiecerunt: *vnd andingung*. Quum IO. PAUL. KRESSIVS *h*) contulit cum ipsa lege vtramque illius formulam, ordinibus ante eius promulgationem propositam; neque animaduertit, vnam vel alteram his in verbis discedere, haud fallimur, si adfirmemus, ea prima statim in formula adparuisse; neque vllam postea subiisse mutationem.

Sed verba legis nostrae paullo curatius intuemur, nullo modo cum DAN. HEIDERO *m*) statuere possumus, respicere eius latorem illas ad quaestiones, quas iudex in iudicio illo sollempni scabinis proponit vt constet, iusto tempore aequae ac rite illud haberi, neque minus definiatur, quid iam a iudice sit peragendum. Non quidem negandum est, articulis antecedentibus de forma huius iudicii esse sermonem; neque minus probabile mihi videtur, tempus fuisse, quo ii, qui ad condendam legem criminalem sunt adhibiti, crediderunt, SCHWARZENBERGIVM iisdem verbis ad modo memoratum iudicium criminale sollempne respicere. In vtroque, vt vocatur, *criminalis constitutionis proiecto*, teste IO. PAUL. KRESSIO *n*) copiose traditur, quibus

*h*) commentat. in constitut. criminalem

Caroli V. tit. 100. p. 154.

*m*) in der gründlichen Ausführung der Reichsstadt Lindau, die obversehens abgelöste vnd der Erzherzogin Claudiae fürstl. Durchleucht pendente lite cedirte Reichspfandschafft betreffend, Norinbergae, MDCCXLIII. p. 653. Exillimat quidem IO. SAM. FRID. BOEHMERVS, *medicar. ad*

*constitut. criminalem Carolinam, art.*

100. p. 314.

KRESSIVM idem statuere; verum tamen tribuit huic iurisconsulto sententiam, quae ipsi haud in mentem venit, quemadmodum ex iis liquet, quae proposuit KRESSIVS, *commentar. succincta in constit. criminalem*, p. 160.

*n*) *loc. mem.*



quibus ex rationibus caerimoniae in iudicio illo extremo obseruandae  
sint, singulari in capite, quod inscriptum est: *Verurteilung der Sitzung,  
wie auf dem endlichen Rechtstag gehandelt werden soll, und wie kein Theil  
dieser Ordnung ungemäss furbringen möge.* Quum haud antecedit hoc  
caput nostrum articulum; sed inuenitur post eum atque art. CI. haud  
obscure per id iudicatur; etiam illa, quae in articulo centesimo pro-  
ponuntur, secundum sententiam, isto tempore obtinentem, ad sanctio-  
nes esse referenda, quae vltimum iudicium tangunt. Libens  
hoc concedo; verumtamen ea haud ita sunt comparata, vt idem  
quoque CAROLVM quintum voluisse statuam, quum criminalem ordi-  
nationem promulgaret, quae nostris adhuc in foris valet. Memoratu  
potius dignum est, in omnibus fere articulis, qui iudicii modo memo-  
rati sollempnitates praescribunt, diei, supplicio destinati; siue *des end-  
lichen rechtstags o)* mentionem fieri; illud autem haud fit nostro in  
articulo. Reuera legislator ipse sibi repugnaret, vbi hoc in articulo  
quaestiones voluisset abrogare, quae scabinis in iudicio sollempni propo-  
nuntur, quum paulo ante eas adprobauit p). Quum denique prius il-  
lud haberi nequit; quam si reus delictum, ob quod capite damnandus est,  
confessus sit; vel plane eius conuictus, in eo, vt iam recte monuit Io.  
SAM. FRID. BOEHMERVS, q) quaestiones, vt eae describuntur, ni-  
mirum, *Fragen, die zu keiner erfahrung der Wahrheit oder Gerechtigkeit  
not seyn, sonder alleyn das Recht verlengern oder verhindern,* cogitari non  
possunt. Neque vero aduersariorum argumenta vsque eo valent, vt  
quemdam traducere queant eorum in sententiam. Etsi quoque ante  
articulum nostrum ea tradiderit imperator, quae in die supplicii sunt  
pera-

o) art. 78. 81. 91.

p) art. 84. 199.

q) in *annal. Francorum Fuldens.* apud  
MARQVARD, FREHERVM, tom.

*I. scriptor. rer. Germanicar.* p. 29.

CHRIST. HENR. ECKHARDVS,  
*comm. de interrogat. in iure apud  
Germanos,* art. 8.

peragenda; eo tamen ordine id est factum, ut iam illa ad finem sint perducta art. XCVIII. Nequidem illud caput, quod nostro proxime antecedit, ad eadem trahi possunt; neque ea, quae illud sequuntur, quumque in ipsa lege perspicua illa ac dilucida expositio rationum, cur praecire debeat supplicio sollemne iudicium, quae, uti supra animadverti, deprehenditur in legis formulis, imperii ordinibus eius ante promulgationem oblati, plane sit omissa, interpret officio suo rite haud satisfaceret, si in explicatione huius legis respicere vellet ad memoratam expositionem; vel locum ei in *proiectis*, uti vocantur, adsignatum.

ABROGAVIT potius imperator hac in lege in ipso processu accusatorio iudicium sollemne antecedente, ritus illos sollemnes, quibus partim iudex negotiorum suorum auspicia faceret in quolibet conuentu; partim cuidam facultatem, coram eo comparendi, verbis concederet conceptis. Quum ab antiquissimis temporibus princeps iudicium in quaestionibus confisteret, quarum decisionem scabinis relinquere deberet ideoque nonnumquam nomine *quaestionarii*; vel *eius Fragers* r) satis apte designaretur: munere suo, si scabinis esset stipatus, prius haud unquam fungi poterat; quam si ii, de forma iudicii habendi, interrogati, responderint, iusto tempore illud institui ac simul declarauerint, quid ipsi sit peragendum et quae ratione hoc sit faciendum. Quum hoc claris verbis praecipit auctor *des richtsteigs Landrechts* s): idem quoque discimus ex formulis, quae in iudiciis rusticorum colona-

riis

r) apud LVNIGIVM, in dem Reichs-  
archiu, spicil.; secul. rom. I, p. 59.  
et IO. GEORG ESTOR, de iudicio  
principum, p. 28. IO. CAR. HENR.  
DREYER diss. de usu genuino iuris  
Anglo-Saxonici in explicando iure  
cimbrico et Sax. p. 189.

s) cap. I. rom. I. corp. iuris Germanici  
SENCKENBERGII, p. 129. Ad-  
das, quae hac de re pluribus in iu-  
ribus municipalibus aequae ac pro-  
vincialibus cauta sunt, v. c. statu-  
tis GOSLARIENSIBVS, in LEIB-  
NITII scriptorum rerum Brunsvi-  
gens. rom. III. p. 518.

riis ab antiquissimis abhinc temporibus sunt recitatae atque a RVD. AVG. NOLTENIO <sup>z</sup>), DAVID. GEORG. STRVBEN <sup>v</sup>), HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG <sup>x</sup>), GOTTFR. CHRIST. VOIGTIO <sup>y</sup>) atque aliis vulgaratae. Conueniunt inter se ac cum iis, quae in iure prouinciali SALSBERGENSI, a me primum iuris publici factoz), ita, vt adfirmare non dubitem, illas vbique fuisse in talibus iudiciis receptas, quumque rustici inprimis patriorum morum fuerint vindices ac custodes, nec erramus, si existimemus, neque eas ipsis placuisse, nisi in quolibet iudicio fuerint vsitatae atque ita necessariae, vt irrita essent ac inualida, quae gererentur a iudicibus, omiſſis hisce quaestionibus. Neque vero minus certum est, nemini ex sententia nostratium leuuisse ad iudicium accedere; nisi sit ab illo eius rogatu sollempniter permissum. Iam iis temporibus, quibus iudicia sub dio habita sunt, cancellis munitus locus erat, vbi ius diceretur, vt aditus intercluderetur. Nunquam hic obsoleuit; sed sancte potius eum religioſeque maiores nostri ita seruarunt, vt si quoque saepimenta deficerent, iudices cum scabnis suis circulum formarent <sup>a</sup>): quatuor lanceas, quibus se abalis prepararent, in terram proicerent; <sup>b</sup>) vel alio modo alios introitu prohiberent. <sup>c</sup>) Res ita est in promptu, vt nulla egeat disputatione: ab ea descendant loquendi formulae: *das Gericht hegen, die gehegte Dingbanck*; neque adhuc ignoti sint cancelli iudiciorum, siue illa, vti quondam, sub dio; siue in aedibus habeantur; vbi autem haec fuit forma pristinorum iudiciorum, nemo mirari debet, quid sit, quod veniae opus

<sup>z</sup>) *comm. de iuribus et consuetudinibus circa villicos*, p. 108. 199.

<sup>v</sup>) *tract. de bonis meierdingicis*, S. XXVIII. p. 267.

<sup>x</sup>) *rom. I. corp. iuris Germanici, part. II. p. 51. 199.*

<sup>y</sup>) in den *Abhandlungen über einzelne Gegenstände des Rechts und der Geschichte*, Halae, MDCCCLXXXII. p. 218. 199.

<sup>z</sup>) in den *vermischten Beiträgen zum deutschen Recht*, tom. II. p. 149.

<sup>a</sup>) designat iam OTTFRIDVS synedrium iudaeorum nomine des *Rin-*

*ges*, *eu. Ioan. cap. XI. v. 47. cap. XVII. v. 47.* et postea plures loquendi formulae haec ex pristina iudiciorum figura natae sunt, quas eleganter illustrat Io. CAR. HENR. DREYERVS, in den *Nebenstunden*, p. 120.

<sup>b</sup>) obseruante MEYRSIO, *libr. III. histor. Dan. ad ann. 1516.*

<sup>c</sup>) Io. GEORG. ECCARDVS, *tom. I. rer. franc. oriental. p. 412.* et Io. CAR. HENR. DREYERVS, in der *Sammlung vermischter Abhandlungen*, tom. II. p. 724.

opus fuerit cuiuslibet, qui comparere vellet in iudicio, siue fuerit vnus litigantium; siue procurator; siue testis. Formulas, quibus eum in finem vterentur sub regibus Francorum actores, exhibent leges SALICA d) acque ac RIPVARIORVM e) atque eas, quae postea earum in locum successerunt, tradit auctor aurei illius libelli, qui sub nomine *des Richtsteigs* f) est notus. Licet haud necesse fuerit, vt veniam impetraret singularem reus, propterea quod eam iam acceperit per citationem: vel minimum ea aetate, qua specula condita esse constat, nemo poterat aduocato; vel procuratore vti; quam si iudicem adierit hocque munus alteri a iudice sollemniter demandatum. *Der Richter*, REGGOVIVS inquit, *sal zu vorsprechen gebn. swen man allererst bitet, und nicheinen andern. g)* Conuenit cum ipso mirum in modum speculator SVEVVS h): immo auctor *des Richtsteigs* omnes formulas, quae hac de re sunt proferendae, curate recenset. Neque minus testis non; nisi iudex permiserit, erat producendus hocque etiam sollemniter erat peragendum. Quae quondam essent obseruanda in productione testium, quum reges Francorum imperii clauum tenerent, exponit Io. LEONHARD. HAUSCHILDIUS k); sequenti autem aetate testem haud fuisse admissum ad ferendum testimonium; nisi sit oblatum rite ac sollemniter iudici, extra omnem dubitationem est positum. Memoratu digna sunt profecto verba REGGOVII l): *Swer sich vor gericht zu gezuge butet, e erz von gerichtes halben georaget wirt nah rechte, her si von deme gezug verleget.* Eadem fere legimus in speculo SVEVICO: m) *wer sich vor gericht zu einem gezeugen erbeitet, ee in der richter fraget nach recht, der sol umb die sach nit gezeug sein: es sey dann also, das er keinen andern gehalten müg, so mag er im wol helfen mit recht: neque vero ius CAESAREVM n) morem pristinum, testes statim iudici exhibendi, silentio praetermittit; auctor autem saepius laudatus, quaestiones, quae hac de re proponuntur, ac reliquas formulas ita profert: o) *Aldus doe oick om synen tuych off hie den dair rede**

d) tit. LIII, §. 2. p. 95. cd. IO. GEORG. ECCARDI.

e) tit. LV. p. 221.

f) cap. V. tom. I. corp. iur. Germanici SENCKENBERGII, p. 135. 149.

g) libr. I. art. 60.

h) cap. 76. tom. II. corp. iur. Germanici SENCKENBERGII, p. 95.

i) cap. II. p. 130.

k) in der Gerichtsverfassung der Teutschen, §. XV. p. 38.

l) libr. III. art. 37.

m) cap. 411. p. 485.

n) libr. I. cap. XVIII. tom. I. corp. iur. Germanici SENCKENBERGII, p. 12.

o) cap. 8.

rede heuet. Ind en heuet hie des dair nyet Soe vrage woeneer hy den dair toe rechte brengen sal Soe sal men vanden toe hant off aver sesse weken Lere oick die tuge dat sū om die sake der sy tuych willen sū voir gerichte sich nyet toe tuge en bieden, sy en verdens nae rechte yerst gevraget off men verleget sie Dit vragen komet al dus toe woeneer die tuge weder den dynen zugen willen Soe spreke Her richter Ick bidde eens ordels off sie yet seggen sullen dat sy zugen willen ende wair van te oen witlick sū dat sullen sy in desen saken voir seggen ende nae sweren.

QVVM olim in Germania, vbi crimina erant eruenda atque puniendi, solum processus obtineret accusatorius hieque ciuili quondam esset simillimus: omnia ea, quae tradidimus, etiam in foro criminali curate obseruabantur. Perpicimus id ante omnia ex iis ritibus, qui in iudicio illo sollempni, quod in die supplicii habetur, secundum constitutionem CAROLINAM sunt suscipiendi atque etiam eiusmodi quaestiones earumque responsiones; neque minus formulas complectuntur, qui aliis aditum ad iudicium patefaciunt. Videre nos in illo extersam imaginem totius processus criminalis, olim obtinentis, cum aliis inprimis clare monstrauit IO. CHRIST. QVISTORPIVS p). Si non ad istas formulas esset accommodanda omnis delictorum inquisitio, profecto uon opus fuisset quibusdam ciuitatibus imperii liberis, quibus iuris prudentia haec formularia in detegendis delictis noxia uideretur, ad imperatorem confugere et ab illo priuilegia impetrare, quibus obligatio, eiusmodi formulas in quouis iudicio criminali recitandi, remitteretur. Exhibet DAN. HEIDERSVS q) duo eiusmodi priuilegia, quorum alterum Campidonensibus anno CIÖCCLXXXI. atque alterum Lindanienibus anno sequenti est datum. Quum inprimis his concederetur, sine clamore ille ferali, qui quondam in omnibus delictis capitalibus requireretur, in ea inquirere: inprimis notatu digna sunt uerba caesaris in priuilegio Campidonensi: *wir nement auch ab das Gedingen, vnd den Binufft, vnd die gelehrte wort, damit sie in ihr Gericht daher schädliche Leut uerkommen hand.* Tandem prouoco, vt dictis fidem faciam; partim ad ea, quae hac de re in iudiciis Guesthalicis ante CAROLINAM fuerunt uisitata; partim ad amplissimum testi-

B 2

2) in dem Entwurf von dem Nutzen der alten zeutschen Gewohnheiten in

peinlichen Tellen, Butzou. CIÖCCLXXXVIII. loc. memor.



testimonium, quod suppeditat TENGLERVS in verbis, supra recitatis atque iis, quae ista sequuntur. Etsi bono illi homini glossatorum nugae omnino sunt in deliciis: locupletissimus tamen est testis morum, qui ipsius aetate in iudiciis criminalibus obtinuerunt. Meminit quarundam consuetudinum aequae ac sententiarum interlocutoriarum, quas superfluas aequae ac inuiles esse iudicat r) quumque auctor *des Richt- frage* r) testatur, quamlibet quaestionum, quibus vel iudex de forma iudicii legitima certiore se reddere studeret; vel aliis ad illud aditum patefaceret, sequuntum esse decretum, quod dictum sit *ein ordel*, certum est atque euidens, TENGLERVM loqui hoc loco de talibus sententiis ac per id simul clare testari, non minus illas latas esse in iudicio criminali. Profert deinde plures formulas, quae partim a iudice; partim a procuratoribus; partim ab aliis sunt adhibendae, atque eius ex sententia retinendae; neque minus ad illas pertinent, quarum supra memini; eadem autem inprimis reperiuntur inprimis in legibus et consuetudinibus iudicii Guesstphalici TREMONIENSIS, quas in lucem emisit HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG r).

HAEC sunt, quae displicuerunt Carolo imperatori, quaeque hanc in rem sustulit; illud autem duplici modo probari potest. Colligimus id; nec immerito ex nominibus, quibus ea designat, quae abrogat, quum partim ea vocat *überflüssige Fragen*; partim *Andingungen*. Persuasum quidem habet GEORG. REMVS v), vnam rem duobus verbis indicari, quum locum nostrum ita latine conuertit: *est et hoc ad nos delatum, nonnullis in iudiciis captatorias partim, partim et superfluas; neque ad indagacionem veritatis facientes interrogaciones reis quandoque proponi; neque negligendum est, in inscriptione articuli nostri solum quaestionum mentionem fieri; verumtamen causam profecto habuit imperator, cur cum quaestionibus coniunxerit die Andingungen et licet IVST. GOBERVS x) haud recte interpretatus sit hoc vocabulum, ut infra monstrabo, in eo tamen praefendus est REMO, quod perspexerit, non sine causa modo memoratam voculam esse adiectam et miror profecto, quid sit, quod IO. SAM. FRID. BOEHMERVS haud dubitauerit, dicere*

r) loc. laud.

x) cap. 3. §qq.

t) tom. I. corp. iur. Germ. part. II, p. 83.

v) nemest Karulina art. 100. p. 92.

x) in Caroli quinti de capitalibus iudiciis constitut. art. 100.

scedere in REMI sententiam. y) Quum sine dubio sub quaestionibus superfluis illas intellexit, quas de modo, iudicium habendi, scabinis proposuit iudex: formulas, quibus cuidam aditus ad iudicium pateferet, nomina der *Andingungen* designavit. Prima huius dictionis vestigia deprehendimus in lege SALICA, quum sequentem formulam actori praeferebat, qua veniam, actionem proponendi a iudice petit z) *rogo te, TUNZINO, ut neisigandae gassachio, meum illum, qui mihi fidem fecit, legitimum enim mihi debet debitum, secundum legem Salicam mihi adstringas; aliam autem habent leges RIPVARIORVM a): Ego vos tangano, ut mihi legem dicatis.* Quum his ex verbis non sine verisimilitudine concludere licet; ab ipso actore; vel accusatore fieri potuisse *eine Andingung*: Io. GEORG. SCHERZLIVS b) locum adfert ex ordinatione quadam iudiciaria, in qua responsio rei, siue delictum, quod ipsi imputatur, confiteatur; siue id neget, vocatur *des Rechtes Andingung*. Simili modo sollemnis testium productio fuit species *eine Andingung*. In iure prouinciali ALEMANNICO c) haec legimus: *und sagent sy gleich vmm die sacht, so haben sy yemem geholffen, der sie angedinget hat: atque in iure feudali d) dinget aber einre des Herren Mann an In, daz er sin Gezyge su umb ein Lehen und mag er niemand anders han, danne der nit geschworen hett: in iure autem AVGVSTANO e) haec sunt cauta: man sal auch wissen, wan ein Mann stat vor Gericht um den Lip, den man vberlebende muos, ob der Schub nicht endgagen isz, wann es darau gat, das man die Gezyge andingen soll, so soll man si besunder andingen.* Porro actus maioribus nostris nomine der *Andingung* notus locum habuit, vbi cuidam munus procuratoris iudicis auspiciis demandaretur. In charta THOMAESIEGENHAIMER ZVM THVRNSTEIN ann. CIÖCCCLXV, exarata et a Io. CHRIST. LVNIG edita f) memoratu digna verba leguntur.

B 3

- y) *meditaz. in const. criminal. Carolin. art. 100. p. 314.*  
 z) *tit. LIII, §. 2. p. 95. ed. ECCARDI.*  
 a) *tit. LV. p. 221.*  
 b) *gloss. germanico medi aevi, tom. I. p. 43. Cum hoc effato iungendum est, speculum Allemannico, cap. 130. tom. II. corp. iuris Germanici, p. 163. vbi quoque von andingen eines Klagers sermo est; merito tamen notari debet, in paucis codicibus re-*

- periri hoc loco illud vocabulum eiusve lectionem adhuc esse incertam.*  
 c) *cap. 10.*  
 d) *cap. 6. Io. SCHILTERVS, comm. in ius feud. Alemann. cap. 6. p. 76.*  
 e) *cap. 130. tom. IV. der vermischten Beytrage, p. 155.*  
 f) *im Reichsarchiu. spicil. secul. rom. I. p. 1850.*

guntur: vnd begert im Anfang von Vollkommenheit wegen des Rechten im einen Anweiser zu ginnen, als einen gefürsteten Grafen, der ihm dann vergunnt ward, desgleichen auch ein Richter oder Fürleger, vnd bracht angedingt in Rechten durch denselben seinen Fürleger für et quibusdam interiectis: begehrt darauf auch ein Fürleger vnd bracht durch denselben auch angedingt in Rechten für, et porro: vnd begehrt ein Fürlegers, Iörigen des Hartzinger, der ihm dann gegeben vnd von ihm wegen angedingt fürbracht. Quum isto tempore ein Anweiser is esset, qui litigantem consiliis suis adiuuaret atque Fürleger, qui pro alio causam ageret, iure potui haec ad effata prouocare g); neque uero minus rem hanc demonstrant, quae legimus in charta Friderici h) darauf der von Strassburg Sendboten mit vollem Gewalt in angedingten Rechten fürbrachten et quae sunt scita in ordinatione VRATISLAVIENSI: ordnen — das keiner, er sey wer er wolle, vor gehegtem Gericht — was furzubringen sich vnterstehen soll, er sey dann zuvorn durch einen aus den vier geschwornen Gerichtsprocuratoribus, wie bräuchlich, angedinget worden, atque alibi iudicatur eiusmodi procurator mandatarium extra ordinem constitutum; siue den Machtmann, bey den Gerichten andingen atque adiciatur: Zudem sol er sich nicht allein, wie obgemeldt, durch den geschwornen Gerichtsprocuratorn andingen lassen, sondern der geschworne Gerichtsprocurator sol auch nit schuldig seyn, ausser des bloßen andingens im mit weiterem Rath vnd beystand zu dienen. Tandem his adicio alium ex speculo SVEVICO k) locum, qui ea, quae de vera natura atque indole derer Andingungen tradidi, belle illustrat: immo abunde comprobatur: Ich horte ertailen uff dem lande Rihter vnd Knecht: Swenne man ainen für gerilt braechte vnd in ansprache, er wäre ain schädlich man mit raub oder mit brande oder mit düppstal vnd welchen schaden man uf in ziehen wil vnd er begert der da clager uuer, suuer an dem ringe usserhalb oder innerhalb stunde oder saetze, er solt wol dem clager snez rehten helfen mit ainem ayde oder mit ainem ayde eubresten, daz er darumb nit wizze. Swenne daz geschilt, so ist recht, daz man alle die andinge, die an dem Ringe sint uzzerhalb oder innerhalb biz an des schädlichen mannez fursprechen, der sol der iungst sn. Und mag man anderz nieman gehauv, so sol man den fursprechen andingen e daz

g) HALTAVS, gloss. Germ. p. 48. i) de anno 1101 xci. art. et 555.

h) apud LVNIG. loc. mem. p. 400. k) cap. 398. p. 232, ed. SCHILTERI.



man jenen lauz genesen. Vnd sol der fursprech dem clager sins rechten mit ainem ayde helfen — — darumb man dem clager billiche rihte, alz man in mit angedinget habe. Omnia haec si paullo curatius ponderamus, non negare volo, nonnunquam actus illos, die *andingungen* dictos, protestationem quoque complexos esse hocque potius ex VLIRICO TENG- LERO l) concludo; iure tamen IVST. GOBLERVM m) reprehendo, quod voculam hanc germanicam, latine verterit *protestationem*; neque villo modo cum IO. PAVLL. KRESSIO n) statuere possum, GOBLERVM verba haec recte esse interpretatum. Neque accedere possum IO. GEORG. SCHERZIO o); vel HIER. VON DER LAHR p) vbi ille sub memorato verbo quamlibet adlocutionem intelligit ac hic inter *dingen* atque *andingen* nullam differentiam statuit, quumque IO. GEORG. HAL- TAVSIUS q) inter preces iudici factas haud distinguit omnene id, quod per illas impetretur, *eine Andingung* dictum esse putat, neque is rem acu mihi tetigisse videtur. Haec sufficiant de nominibus rituum, quos abrogavit imperator: cum iis coniungo eorum descriptionem, quam profert, vbi adfirmat, illos ad eruendam veritatem delicti haud necessarios esse; sed ad dilatandam inquisitionem inferuire hancque potius impedit. Conuenit illa supra expositis ritibus ita, vt profecto quilibet, qui paullulum rem perpendit, perspiciat, illos esse, quos CAROLVS hoc loco sustulit.

Ego vero iam munere, ab illustri iurisconsultorum ordine mihi demandato, fungor laetoque animo certamen publicum nuncio, quo praenobilissimus ac doctissimus candidatus,

CAR. FRID. ADOLPHVS WEBERVS,  
VINARIENSIS

crastina luce viam sibi parabit, ad adipiscendos honores ipsi decretos. Quum nobis ipse more maiorum indicauit, qua ratione ab ineunte ae- tate doctrina liberaliter sit imbutus quasue in iure fecerit progressiones, quae omnibus ac in his illustri quoque eius patri, viro de republica no- stra atque vrbe optime merito, maximam de ipso mouent expectationem: verba illius ipsa recito:

Ego

l) libr. III. des Layenspiegels. tit. von  
besitzen und beleuten peinlichen Ge-  
rihts,  
m) loc. citat.,  
n) loc. laud.

o) not. ad. I. S. A. loc. cit.  
p) glossario in speculum Alemann. voc.  
Ding. tom. II. corp. iuris Germani-  
ci SENCKENBERGII, p 19,  
q) glossario Germanic. p. 23.

Ego CAROLVS FRIDERICVS ADOLPHVS WEBER natus *sum* Vinariae ipsi  
 Kalendis Martiis anni 1800 c. l. x. i. Pater mihi est GOTTLIBIVS THEODO-  
 RVS WEBER, Serenissimo patriae Patri a consiliis, aul. et consistorialis, nec non prae-  
 feclurae Ienensi praepositus; mater vero DOROTHEA SOPHIA, b. CHRISTIANI  
 HOCHHAUSEN consiliar. aul. et praefecti Burgelensis filia. Coniugit, ut ad septi-  
 mum annum semis usque religionis nostrae principia reliquaque, quae ferre valet haec  
 pu vilitas aetas, privatum mihi tradiderunt; postea vero, quum venerandus parens,  
 qui id temporis in Perill. Reginine Vinarie consiliarii vices gerebat, Ienam ad sus-  
 cipienda tam provinciam, quam iam administrat, clementissime evocaretur, eorum, qui-  
 bus aetate proveciores erudiri atrimet, capessendorum gratia scholam, quae hic est, pe-  
 rill. ibique Virorum b. FASELII, SCHLEGELII, b. MARGGRAFII et FASCII  
 institutis usus sum. Tum insignis horum Virorum praecipue autem Cel. BLASCHII  
 Theol. Prof. cura, eum valeat videri ratio, ne omni conatu studiis inhaerere eo tem-  
 pore praecipiens indeque praepositum diutius quid in academiciis versandi necessarium  
 reddens efficitur, ut annis septemdecim minor ad scientias sublimes ediscendas animum  
 appulerim ipsique praelectionibus Virorum spectatissimorum sensim interesse coeperim,  
 ad quas perinde ab a. 1800 c. l. x. i. i. per inscriptionem in numerum civium a  
 Viro Perill. CAROLO FRIDERICO WALCHIO Prorectore tunc Magnifico via  
 parafacta erat. Quod pertinet ad ipsam institutionem academicam, in philosophicis et  
 historia naturali, metaphisica, scientia camerali, logica, metaphisica, iure natu-  
 rae et historici Viri b. WALCHIVM, WIEDEBYRGIVM, SVCCOWIVM,  
 VLRICHIVM, HENNINGSIVM, EICHHORNIVM atque Excell. MVLLERVM;  
 in iuridicis vero vespote institutionibus, pandectis, iure Canonico Excell. REICHARD-  
 TVM, iure criminali, feudali et pandectis b. HELLFELDIUM, doctrina de actio-  
 nibus Ill. SCHMIDTIVM, iure publico, praetico et relatorio coll. gio Ill. DE SCHELL-  
 WITZ, iure Germanico atque, ex actis referendi, Perill. WALCHIVM, cuius  
 non sat laudanda erga iuvenes conamina in exercitiis disputatoris eius sub moderami-  
 ne semper florentibus multum quoque mihi profuisse libens agnosco, doctores habui  
 summopere colendos. Quum collegiis frequentandis finem fecerim elapso anni anterioris  
 semestri aestivo, reliquum interualium tam inaugurati dissertationi conscribendae  
 quam privatis studiis impendi, neque ab Illustri ac Incolta Iuridica omni  
 qua par est observantia petere neglexi, quo, an haud plane indignus sim, qui adspi-  
 rem ad doctoralem dignitatem, per examina inuestigaret. Iam nihil superest, quam  
 ut qualibuscumque Doctoribus ac Viris longe celeberrimis, quorum non modo doctri-  
 na, verum etiam praeclearo erga me fauore atque benevolentia hac usque usus sum, pro-  
 raris integerrimi animi documentis palam quoque grates maximas agam habeamque.


MAGNA itaque cum laude tempus suum in literis consumpsit; neque erubuit, quum ad-  
 mitteret collegium nostrum eum ad tentamen; sed in eo potius pariter ac examine rigorofo  
 leges praescriptas eleganter ac docte interpretatus est ac quaestionibus, quae sunt formatae, apte  
 congruenterque ita respondit, ut ordini omnino prorsus satisfaceret hucque illum dignum de-  
 clararet, qui in arenam descendat atque ibi dissertationem suam inauguralem de praeparata  
 minorum quod usuras ex mora illis praestandas competere, contra tela aduersariorum defendat.  
 Dicitur est huc sollemni actui crastinus dies; MAGNIFICVM AUEM ACADEMIAE PRORECTOREM, IL-  
 LVSTRISSIMVM S. R. I. COMITEM, PATRES VENERANDOS, HOSPITES OMNIUM ORDINVM HONORATISSIMOS,  
 NEQUE MINVS COMMITTONES GENEROSISSIMOS AC NOBILISSIMOS meo meique or. l. i. n. p. m. s. obser-  
 uanter rogo, ut illum praesentia sua benigne eohonestare et per id splendidiorem reddere ve-  
 liant. P. P. in academia Ienensi, d. xxiii. Sept. ann. post reparatam salutem. 1800 c. l. x. i. i.

(L. S.)

Jna, Diss., 1778-84  
X 230 94 55







B.I.G.

Farbkarte #13

PROGRAMMA 1784/6 18

PROGRAMMA  
DE  
RITIBVS IVDICIORVM  
CRIMINALIVM  
IN CONST. CAROLINA ART. C. ABROGATIS

QVO  
PRAENOBILISSIMI AC DOCTISSIMI  
CANDIDATI  
CAR. FRID. ADOLPH. WEBERI  
VINARIENSIS  
DISPVATIONEM INAUGVRALEM  
DE  
PRAEROGATIVA MINORVM QVOAD VSVRAS EX  
MORA ILLIS PRAESTANDAS COMPETENTE

D. XXV. SEPT. MDCCCXXXIII

INSTITVENDAM  
INDICIT

CAROLVS FRID. WALCHIVS, D.  
ORD. IVRISCONSVLT. SENIOR ET H. T. PRODECANVS.

JENAE  
LITTERIS MAVKIANIS.

